piter autem in formã tauri assimulatus, ludebat vna cum ipsis, pulcherrimus tum apparens. Nam & candidus erat, vt nihil supra, & cornua habebat reflexa pulcre, vultumque præ se ferebat admodum mansuetum ac placidum. Saltabat igitur & ipse in littore, & mugiebat suauissime, ita vt Europa auderet etiam conscendere ipsum. Cæterum vbi hoc factum est, citato cursu Iupiter quidem vna cum illa in mare prorupit, atque ibi, vti inciderat, natabat. Illa vero admodum perculsa animo ex hac re, sinistra apprehendit ac tenuit cornua, vt ne delaberetur, altera autem manu, diffluentem vento vestem continebat. No. Dulce hoc spectaculum, Zeph. vidisti, & amatorium, narrantem videlicet Iouem & ferentem secum amores suos. Ze. At vero quæ consecuta sunt, suauiora multo, Note. Nam & mare statim compositis fluctibus quietum fuit, & tranquillitate vltro

attracta, placidum ac planum seipsum præbuit. Nos autem omnes silentium agentes, nihil aliud quam spectatores tantũ, eorum quæ fiebant quasi quidam comites, sequebamur. Cupidines vero iuxta volitantes, paulum supra mare ita vt interim summis pedibus contingerent aquam, accensas ferentes faces Hymenæũ cantabant. Nereides autem emersæ vndis, delphinum tergis insidentes ob equitabant, applaudentes, seminudæ pleræque. Præterea & Tritonum genus, & si quid aliud non horribile visu marinorũ, omnia illa circum puellam quasi choream ducebant. Nam ipse quidem Neptunus conscenso curru, & quasi pronubus incedens, vna cum Amphitrite lætus prouibat, veluti viam aperiens, natanti fratri. Supra omnes autem, Venerem duo Tritones vehebant in concha recubantem, ac flores omnis generis aspergentem sponsæ. Atque hæc à Phœnicia vsque in Cre-

σαμένη, λείαν παρεῖχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες οὐδὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων παρηκολουθοῦμεν. ἔρωτες δὲ παραπετώμενοι, μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπιψαύειν τοῦ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ᾖδον ἅμα τὸν ὑμέναιον, αἱ Νηρηΐδες δὲ ἀναδῦσαι, παρίππευον ἐπὶ τῶν δελφίνων ἐπικροτοῦσαι, ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί. τό, τε τῶν Τριτώνων γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τῶν θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τὴν παῖδα. ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἅρματος, παροχούμενός τε, καὶ τὴν Αμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθὼς, προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Αφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχης κατακειμένην, ἄνθη παντοῖα ἐπιπάττουσαν τῇ νύμφῃ. ταῦτα ἐκ φοινίκης ἄχρι τῆς Κρή-

τῆς Κρήτης ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῷ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκ ἔτι ἐφαίνετο. ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς ὁ Ζεὺς, ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκταιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, καὶ κάτω ὁρῶσαν, ἠπίστατο γὰρ ἤδη ἐφ' ὅ, τι ἄγοιτο. ἡμεῖς δ' ἐμπεσόντες, ἄλλος ἄλλο τοῦ πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν. Νό. ὦ μακάριε Ζέφυρε τῆς θεας. ἐγὼ δὲ γρύπας, καὶ ἐλέφαντας, καὶ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

Διογένους καὶ Πολυδεύκους.

Ὦ πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς, σὸν γὰρ ἔστιν οἶμαι τὸ ἀναβιῶναι αὔριον, ἤν πω ἴδῃς Μένιππον τὸν κύνα, εὕροις δ' ἂν αὐτὸν, ἐν Κορίνθῳ κατὰ τὸ Κρανεῖον, ἢ ἐν Λυκείῳ, τῶν ἐριζόντων πρὸς

Cretam fiebant. Postquã autem in insulam ascendit, ipse quidem taurus non amplius apparebat. Iupiter autem apprehensam manu Europam, in antrum Dictæum abduxit, erubescentem, atque oculos demittentem. Intelligebat enim iam, ob quam rem ita duceretur. Nos autem incumbentes mari, alius aliam illius partem fluctibus agitabamus. No. O beatum Zephyre, te, qui isthæc videris. Ego vero interea Gryphas & Elephantos, & nigros homines aspiciebam.

INFERNI DIALOGI.

Diogenis & Pollucis.

O Pollux, commendo tibi postquam celerrime ascenderis (tuum enim est, ni fallor, cras reuiuiscere) vt, sicubi videris Menippum, canem illum, inuenies autem ipsum Corinthi, circa Craneum, aut in Lyceo deridentem contenden-

tos istos inter se Philosophos, dicas illi, Menippe, inquiens, iubet te Diogenes, si satis ea, quæ super terram sunt, derisisti, quo & huc ad inferos descendas, vbi multo plura, quæ rideas, habiturus es. Illic enim in ambiguo tibi adhuc risus fuit, & frequens illud obijci potuit. Quis enim omnino scit, quæ post vitam futura sint? Hic autem, non desines constanter atq; perpetuo ridere, quemadmodum ego quoque nunc facio. Et maxime postquam videris, diuites istos ac satrapas & tyrannos ita humiles & obscuros esse, soloq; eiulatu ab alijs dignosci. Tum quod & molles & ignaui sunt, reminiscentes eorum quæ in vita geruntur. Hæc illi quæso vt dicas, & vt præterea etiã pera veniat impleta & multo lupino, & sicubi in triuio positam inueniat Hecates cœnam, aut ouum ex lustratione relictum, aut simile quippiam. POL. At renunciabo hæc, ô Diogenes. Sed

πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα, εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι ὦ Μένιππε κελεύει ὁ Διογένης, εἴ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγεγέλασται, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ἐπιγελασόμενον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, καὶ πολὺ τὸ, τίς γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; ἐνταῦθα δὲ, οὐ παύσῃ βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν. καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, καὶ σατράπας, καὶ τυράννους, οὕτω ταπεινοὺς καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς διαγινωσκομένους. καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγεννεῖς εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω. ταῦτα λέγε αὐτῷ. καὶ προσέτι, ἐμπλησάμενον τὴν πήραν ἥκειν θέρμων τε πολλῶν, καὶ εἴπου εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ. Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ᾠὸν ἐκ καθαρσίου, ἤτι τοιοῦτο. Πολυ. ἀλλ' ἀπαγγελῶ ταῦτα, ὦ Διόγενες. ὅπως

ἥκιστα ἢ εἰδῶ μάλιστα, ὁποῖός τις ὢν τὴν ὄψιν; Διο. γέρων φαλακρὸς, περιβόειον ἔχων πολύθυρον, ἅπαντι εἰδεμῳ ἀναπεπαμμένον; καὶ τοῖς ἀπεπλεγμένοις τῆς χρείας πολύχρωμον, γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ τὰ πολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπισκώπτει. Πολ. ῥᾴδιον εὑρεῖν ἀπὸ γε τούτων. Διο. βούλει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐπιστῶμεν ἐντελλόμενόν τι τοῦ φιλοσόφους; Πολυ. λέγε· οὐ βαρὺ γὰρ ἐδὲ τοῦτο. Διο. τὸ μὲν ὅλον, παύσασθαι αὐτοῖς παρεγγύα λυεῖσι, καὶ φεῦ τῆς ὅλων ἐρίζουσι, καὶ κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν διδάσκουσι τὸν νοῦν. Πολυ. ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον εἶναι φήσουσι, κατηγορεῖν τῆς σοφίας αὐτῆς. Διο. σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ λέγε. Πολυ. καὶ ταῦτα ὦ Διόγενες ἀπαγγελῶ. Διο. τοῖς πλουσίοις δὲ ὦ φίλ-

Sed quo melius illum agnoscere queam, cuiusmodi facie est? DIOG. Senex est, caluaster, pallio indutus lacero, & vento cuiuis peruio, præterea & diuersorum pannorum assumentis variegato. Ridet autem semper, ac plerunque arrogantes istos philosophos acerbe perstringit. POL. Facile erit inuenire illum, ex his vtique signis. DIO. Vis ne vt ad ipsos quoq; philosophos illos aliquid tibi mandem? POL. Mandes licet, non enim graue neque hoc mihi fuerit. DIO. In vniuersum, adhortare illos, vt desistant à nugis suis, neque de toto contendant, neq; cornua sibi mutuo affigant, neq; crocodilos faciant, neque huiuscemodi sterilia atque ieiuna interrogare animum instituant. POL. At indoctum me & ineruditum esse dicent, qui doctrinam illorum reprehendam. DIO. Tu vero plorare illos meo nomine iube. POL. Et hæc nunciabo illis. DIOG. Diuitibus autem ô lepi-

dissimum caput, hæc nostro nomine annuncies quæso, Quid, ô vani, aurum custoditis? Quid autē cruciatis vos ipsos cogitantes vsuras, & talentū aliud super aliud accumulantes, quos non plus quā vnum obolum habentes, venire huc paulo post oportet? POLL. Dicentur & hæc ad illos. DIO. Sed & formosis istis & robustis dicas, Megillo puta Corinthio, & Damoxeno palestritæ, quod apud nos neq; flaua coma, nec cœrulei nigriue oculi, neque rubor faciei, amplius vllus est, neque præterea nerui intenti & robusti, neq; humeri laborum tolerantes, sed omnia vnus puluis, vt aiunt, nobis, caluaria forma nudata scilicet. POLL. Non molestum erit, neque hæc ad formosos & robustos illos dicere. DIO. Etiam pauperibus ô Lacon, dicas licet, (multi autem sunt, quibus & ea res perquam molesta est, & inopiam lugent) vt neque lacrymentur, neque plorent, exposita illis æqualitate hac

φίλτατον Πολυδεύκιον, ἀπάγγελε ταῦτα παρ' ἡμῶν, τι ὦ μάταιοι τὸ χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ἐπὶ ταλάντοις συντεθέντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας, ἥκειν μετ' ὀλίγον; Πολυ. εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους. Διο. ἀλλὰ καὶ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυροῖς λέγε. Μεγίλλῳ τῷ κορινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ, ὅτι παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ, ἢ μέλανα ὄμματα, ἢ ἐρύθημα ἐπὶ τοῦ προσώπου ἔτι ἐστὶν, ἢ νεῦρα εὔτονα, ἢ ὦμοι καρτεροί. ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόκις φασὶ, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους. Πολύ. οὐ χαλεπὸν οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ ἰσχυρούς. Διο. καὶ τοῖς πένησιν ὦ Λάκων, πολλοὶ δ' εἰσὶ, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, καὶ οἰκτείροντες τὴν ἀποκρίαν, λέγε μή τε δακρύειν, μήτ' οἰμώ-

ὀμοίζειν, διαγνόντες πῶς ἐνταῦθα ἴσοτι. ἴσν. καὶ ὅτι ὄψονται τοὺς ἐκεῖ πλουσίους ἐδὲν ἀμείνους αὐτῶν. καὶ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς ἐμοῖς, ταῦτα εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ἐπιτίμησον, λέγων ἐκλελύσθαι αὐτοῦ. Πολυ. μηδὲν ὦ Διόγενες περὶ Λακεδαιμονίων λέγε. ἃ γὰρ αὐτέξομαί γε. ἃ δὲ ὅρκος τοῦ ἄλλους ἔφηδα, ἀπαγγελῶ. Διο. ἐάσομεν τούτους, ἐπεὶ σοι δοκεῖ. σὺ δὲ οἷς προεῖπον, ἀπένεγκε παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

hac, quæ hic est, & quod videbunt, eos qui illic diuites sunt nihilo meliores quam sese hic esse. Lacedæmonijs autē tuis, hæc si videtur, nomine meo objicias, molles & enerualos ipsos esse dictitans. POLL. Ne de Lacedæmonijs, Diogenes quicquam dicas, non enim feram. Sed quæ ad cæteros mandasti, ea illis renunciabo. DIOG. Missos igitur faciamus hos quando tibi ita videtur. Tu vero quibus antea dixi, ad eos sermones hos meos deferas.

Πλούτων, ἢ κατὰ Μενίππου Κρῖσος.

Pluto, seu contra Menippum. Crœsus.

Οὐ φέρομεν ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κυνῶν θαρροῦντα, ὥστε ἢ ἐκεῖσε ποι κατάστησον, ἢ ἡμεῖς μετοικήσωμεν εἰς ἕτερον τόπον. Πλού. τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται; ὁμόνεκρος ὢν; Κρῖσος. ἐπειδὰν ἡμεῖς ὀμώζομεν καὶ κλαίομεν, ἐκεῖνον μεμ-

Non poterimus ferre Pluto, Menippū hunc canem, cohabitantem nobiscum. Quapropter aut illum hinc amotū alio loco colloca, aut nos hinc alio comigabrim⁹. PLV. Quid autē vobis mali adeo facit quando eodē modo mortuus est ac vos? CROE. Postquam nos ploramus & ingemiscimus, illorum re-

reminiſcentes, quæ apud ſuperos habuimus, vtpote, Midas hic auri, Sardanapalus autem multæ voluptatis, ego vero theſaurorum, irridet, & cum conuitijs exprobratea nobis, mancipia & piacula nos vocitando. Interdum autem etiam cantando conturbat ploratus noſtros, & in ſumma, valde nobis moleſtus eſt. PLV. Quid hæc audió de te, Menippe? MEN. Vera Pluto, Odi enim ipſos, ignaui ac perditi adeo cũ ſint, quibus non ſatis fuit viuiſſe male, ſed etiam mortui, inſuper cogitatione atq; animo illis inhærent, quæ apud ſuperos ſunt. Delector itaq; ægre ipſis faciendo. PLV. Sed non decet. Dolent enim non exiguis reb. priuati. MEN. Etiam tu deliras Pluto, qui gemitus iſtorũ tuo quoque calculo approbas? PLV. Haudquaquam, verùm nolim vos diſcordes ac ſeditioſos eſſe mutuo. MEN. At vero, ô peſſimi Lydorum, Phrygum, & Aſſyriorum, ita de me cognoſcite vt q

neque

μεμνημένοι τῆς ἄνω, Μίδας μὲν ὁ τοῦ χρυσίου, Σαρδανάπαλος δ' τῆς πολλῆς τρυφῆς, ἐγὼ δὲ τῆς θησαυρῶν, ὑπηγελᾷ, καὶ ἐξονειδίζει, ἀνδράποδα, καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν. ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων, ἐπιταράττει ἡμῶν τὰς οἰμωγάς. καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. Πλυ. τί ταῦτα φασὶν ὦ Μένιππε; Μέ. ἀληθῆ ὦ Πλοῦτον. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀγωνιῶντας, καὶ ἀλιθρίους ὄντας οἷς οὐκ ἀπέχρησε βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες ἔτι μέμνηνται, καὶ φροντίζουσι τῆς ἄνω. χαίρω τοιγαροῦν αὐτῶν αὐτοῦ. Πλυ. ἀλλ' οὐ χρὴ, λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στερόμενοι. Με. καὶ σὺ μωραίνεις ὦ Πλοῦτον ὁμόψηφος ὢν τοῖς τέκνοις συναγμοῖς; Πλό. οὐδαμῶς. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι σαφῶς διαστάζειν ὑμᾶς. Μέ. ἐγὼ μὲν ὦ κάκιστοι Λυδῶν, καὶ Φρυγῶν, καὶ Ασσυρίων, οὕτω γινώσκετε, ὡς

ἀε ἐδὲ παυσομάι μοῦ, ὅθα γὰρ ἂν ἴητε, ἀκολουθέσω αὐτῶν, καὶ κατάδων, ἢ καταγελῶν. Κρῶ. ταῦτα ἐχ ὕβρις; Μέν. ἐκ, ἀλλ' ἐκεῖνα ὕβρις ἦν, ἃ ὑμεῖς ἐποιεῖτε, σεσεμνωμένοι ἀξιοῦντες, καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσιν ἐπιτρυφῶντες, ἢ τοῦ θανάτου τὸ παράπαν ἀμνημονοῦντες. τοιγαρῦν ὀμωζεῖτε, παύτων ἐκείνων ἀφιεμένοι. Κρῶ. πολλῶν γε ὦ θεοί, καὶ μεγάλων κτημάτων. Μίδ. ὅτι μὴν ἐγὼ χρυσοῦ. Σαρ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς. Μέ. οὐγὶ οὕτω ποιεῖτε. ὀδύρεσθε μὲν ὑμεῖς. ἐγὼ δὲ, τὸ γνῶθι σαυτὸν πολλάκις σωμείρων, ἐπάσομαι ὑμῖν. πρέπει γὰρ ἂν τοῖς τοιούτοις ὀμωγαῖς ἐπᾴδομενον.

neque vnquam desiturus sim. Nam quocunq; abieritis hinc, eodem sequar ægre faciendo, cantando atq; irridendo vos. C. An non hæc contumelia est; M E N. Non, sed illa contumelia erant, quæ vos facere solebatis, quando & adorari vos volebatis, & hominibus liberis pro libidine abutebamini, neq; tum mortis quicquam memores eratis. Proinde deplorate nunc, omnibus illis despoliati. C R O E. Multis certe ô Dij, & magis possessionibus. M I. Quando equidem ipse auro? S A R. Quanta vero ego voluptate? M E N. Recte sane, ita facite, lugete vos quidem, ego vero tritum illud, Nosce teipsum, identidem connectendo, vobis occinam, decet enim huiusmodi ploratus, si crebro illis accinatur.

Μενίππου, Αμφιλόχου, καὶ Τροφωνίου.

Σφὼ μὲν τοι ὦ Τροφώνιε, καὶ Αμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες, οὐκ ὀνὴ

Menippi Amphilochi & Trophonij.

Vos nimirum Trophoni atq; Amphiloche, quũ sitis mortui, tamen haud

ſcio quonam modo phanis eſtis donati, vateſque credimini, ac ſtulti mortales deos eſſe vos arbitrantur. Τρο. Quid? an nobis igitur imputandum, ſi per inſcitiam illi de mortuis huiuſmodi opinantur? Μεν. Atqui non iſta fuiſſent opinati, ni vos tum quum viueretis eiuſmodi quædam portenta oſtentaſſetis, tanquam futurorum fuiſſetis præſcij, quaſiq; prædicere potuiſſetis ſi quæ percontarentur. Τρο. Menippe, nouerit Amphilochus hic, ipſi pro ſeſe reſpondendum eſſe. Cæterum ego Heros ſum, vaticinorque ſi quis ad me deſcenderit. At tu videre nunquam omnino Lebadiam adiiſſe, neque enim alloqui iſta non crederes. Μεν. Quid ais? equidẽ niſi Lebadiam fuiſſem profectus, ac linteis amictus, offam ridicule manu geſtans, per anguſtum aditum in ſpecum irrepſiſſem nequaquam fieri potuiſſet, vt te defunctum eſſe cognoſcerem perinde atque nos, ſolaque præſtigia-

ὀιεῖ ὅπως ναῶν κατηξιώθητε, καὶ μάντεις δοκεῖτε καὶ οἱ μάταιοι ἄρα ἀνθρώπων, θεοὺς ὑμᾶς ὑπολήψεσθαι εἶναι. Τρο. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι, εἰ ἐν ἀμαθίᾳ, ἐκεῖνοι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν; Μένι. ἀλλ' οὐκ ἂν οἶδ' ἔδοξαζον, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐτερατεύεσθε, ὡς τὰ μέλλοντα προειδότες, καὶ προειπεῖν δυνάμενοι τοῖς ἐρωμένοις. Τρο. ὦ Μένιππε, Ἀμφίλοχος μὲν ἔτος ἂν εἰδείη, ὅτι αὐτὸς ὑποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ, ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, εἴ τις κατέλθοι παρ' ἐμέ. σὺ δ' οὐκας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τὸ παράπαν. οὐ γὰρ ἠπίστεις σὺ τούτοις. Μέν. τί φῄς; εἰ μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ παρῆλθον, καὶ εἰσελθὼν ταῖς ἀθόναις, γελοίως μάζαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων, ἐπεπόρευτο διὰ τοῦ τρίβου τοῦ ὄντος εἰς τὸ σπήλαιον, οὐκ ἂν ἐδυνάμην εἰδέναι ὅτι νεκρὸς εἶ, ὥσπερ ἡμεῖς, μόνῃ τῇ γοητείᾳ

τέια διαφέρων; ἀλλὰ πρὸς τῆς μαντικῆς, τί δὲ ἑτέρως ἐστίν; ἀγνοῶ γάρ. Τρο. ἐξ ἀνθρώπου τὶ καὶ θεοῦ σύνθετον. Μέν. ὃ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φὴς, μήτε θεὸς, καὶ συναμφότερόν ἐστι; νῦν οὖν ποῦ σου τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; Τρο. χρᾷ ὦ Μένιππε ἐν Βοιωτίᾳ. Μέν. οὐκ οἶδα ὦ Τροφώνιε ὅ, τι καὶ λέγεις. ὅτι μὲν τοι ὅλος εἶ νεκρὸς, ἀκριβῶς ὁρῶ.

giatura reliquos antecellere. Sed age per ipsam diuinandi artem, quid tandem est Heros? neq; enim intelligo. Tro. Est quiddam partim ex homine, partim ex deo compositũ. Men. Nempe quod neque sit homo quemadmodum audio, neq; deus, verum pariter vtrumq;. Ergo dimidia illa tui, ac diuina pars, quo nunc recessit? Tro. Redde oracula Menippe, in Bœotia. Men. Haud intelligo quid dicas Trophoni, nisi quod illud plane video, te totum esse mortuum.

Ερμοῦ καὶ Χάρωνος.

Mercurij & Charontis.

Λογισώμεθα ὦ πορθμοῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐρίζωμέν τι περὶ αὐτῶν. Χά. λογισώμεθα ὦ Ερμῆ. ἄμεινον γὰρ ὡρίσαι περὶ αὐτῶν, καὶ ἀπραγμονέστερον. Ερμ. ἄγκυραν ἐντειλαμένῳ ἐκόμισα πέντε δραχμῶν. Χα. πολλοῦ λέγεις. Ερμ. νὴ τὸν Αἰδωνέα

Rationem supputemus portitor si videtur, quantum mihi debeas iam, ne denuo aliquando de eo inter nos contendamus. Cha. Supputemus, Mer. fatius enim est, mature id agere, deinde & minoris negocij. Me. Anchoram mandaras, comparaui tibi quinque drachmis. Cha. Caro dicis. Me. At per Plutonem

nem quinq; emi illam, & præterea lorum, quo remũ alligares, obulis duobus. CHA. Pone quinq; drachmas, & obulos duos. MER. Et pro resarciendo velo, quinq; obulos ego exolui. CHA. Etiam hos appone. MER. Et ceram ad oblinendas naui gij rimas tibi emi, & clauos præterea, & funiculum, vnde Hyperam fecisti, omnia hæc duabus drachmis. CHA. Recte, laudo, hæc vili emisti. M. Hæc sunt, quæ tibi exposui, nisi si quid reliquum est, q̃ me fugit inter computandũ. Quando autem hæc redditurum te pmittis? CHA. Nunc quidẽ, Mercuri, non possum. Si vero pestis aliqua, aut bellum cõfertos & frequentes huc dimiserit aliquos, licebit mihi tum allucrari aliquid, subtracto clam nonnihil exportorio. MER. Proinde ego nunc sedebo, pessima quæque vt eueniant precando, vt inde fructum aliquem capiam. CHA. Fieri aliter non potest, Mercuri. Nam pauci nunc, vides, ad

γέα, τὴν πέντε ὀνησάμην, καὶ πρωτωτῆρα δύο ὀβολῶν. Χάρ. τίθει πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολὺς δύο. Ερμ. καὶ ἀκέστραν ἔπὶ τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολὺς ἐγὼ κατέβαλον. Χάρ. καὶ τούτους προσίθει. Ερμ. καὶ κηρὸν, ὡς ὀλιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνωγότα, καὶ ἥλους δὲ, καὶ καλῴδιον, ἀφ' ᾧ τὴν ὑπέραν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἅπαντα. Χάρ. σύγε ἄξια ταῦτα ὀνήσω. Ερμ. ταῦτά ἐστιν, εἰ μήτι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθεν ἐν τῷ λογισμῷ. πότε δ' ἂν ταῦτ' ἀποδώσειν φῄς; Χάρ. νῦν μὲν ὦ Ερμῆ ἀδύνατον. εἰ δὲ λοιμός τις ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀθρόους τινὰς, ἔνεστι τότε ἀποκερδάναι, ἐν τῷ πλήθει παρεγλογιζόμενον τὰ πορθμία. Ερ. νῦν ἔν ἐγὼ καθεδοῦμαι, τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπ' τούτων ἀπολαύσωμι. Χάρ. οὐκ ἔστιν ἄλλως ὦ Ερμῆ. νῦν δ' ἀκίνητοι ὡς ἐρᾷς ἀφι-

ἀφικοῦνται ἡμῖν. εἰρήνη γάρ. Ερμ. ἄμεινον οὕτως, εἰ καὶ ἡμῖν παρατείνοιτο ὑπό σου τὸ ὄφλημα. πλὴν ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ ὦ Χάρον, οἶσθα οἷοι παρεγίνοντο, ἀνδρεῖοι ἅπαντες, αἵματος ἀνάπλεω καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί. νῦν δὲ ἡ φαρμάκω τὶς ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποθανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἢ ὑπὸ τρυφῆς ἐξῳδηκὼς τὴν γαστέρα, καὶ τὰ σκέλη. ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ ἀγενεῖς, οὐδὲ ὅμοιοι ἐκείνοις. οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν διὰ χρήματα ἥκουσιν, ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλοις, ὡς ἐοίκασι. Χάρ. πάνυ γὰρ πε[illegible]ντά ὅτι ταῦτα. Ερμ. οὐκοῦν οὐδ' ἐγὼ δόξαιμι ἂν ἁμαρτάνειν, πικρῶς ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα παρά σου.

ad nos descendunt. Pax enim est. Mer. Satius est ita esse, etiamsi ob hoc abs te prorogatur nobis debiti istius solutio. Verũ enimuero prisci illi, Charon, nosti quales aduenire solebant, quam fortes atq; animosi omnes, cruore madidi, & vulneribus pleni plerique. Nunc autem, aut veneno aliquis à filio interfectus, aut ab vxore, aut præ nimia voluptate, tumefacto ventre & cruribus adueniunt. Pallidi enim omnes, & ignaui, neque similes prioribus illis. Plurimi autem ipsorum etiam pecuniarum causa veniunt, factis, vt videtur, mutuo sibi insidijs. Cha. Omnino enim expetibiles illæ sunt. Mer. Proinde neque ego videar peccare grauius aliquid, si vel acerbius abs te exigem ea, que mihi debes.

Πλούτωνος καὶ Ερμοῦ.

Τὸν γέροντα οἶσθα, τὸν πάνυ γεγηρακότα λέγω, τὸν πλούσιον Εὐκράτην, ὦ παῖ-

Plutonis & Mercurij.

Senem ne nosti, istum ætate omnino confectum dico, Eucratem diuitem, cui

cui liberi quidem nulli sunt, hæreditatis autem captatores plus quã quinquaginta millia. M. Noui, Sicyoniũ illum dicis Sed quid postea? PLV. Viuere illum quidem, Mercuri, sine vltra eos quinquaginta annos quos ætate peregit, alteris totidem accumulatis, si modo possibile sit, atque etiam pluribus. Adulatores autem ipsius Charinum adolescentem, & Damonem, & cæteros abripe huc ordine omnes. M. Atqui absurdũ hoc videri queat. PLV. Haudquaquam, imo iustissimum. Quam enim ab causam illi adeo optant illum mori? nisi quia pecuniã illius ambiunt, nulla propinquitate iuncti. Quod autem omnium sceleratissimum est, interea cum talia precantur, tamen obseruant & colunt manifeste vtique illum. Ac quæ ægrotante illo, apud se consultent, nemo ignorat, attamen sacrificaturos sese promittunt, si conualescat denuo, & in summa, varia quædã adulandi ratio

παῖδες, μὴ ἐκ οἴου, ἢ τὸν κλῆρον δὲ διηρῶντες, πανταχοῦ μύριοι; Ἑρμ. καὶ τὸν σικυώνιον φής. τί δ' ἐν; Πλύ. ἐκεῖνον μὲν ὦ Ἑρμῆ ζῆν ἔασον ὅσ' τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ἐπιμετρήσας ἄλλα τοσαῦτα, εἴγε οἷόν τε ἐν, καὶ ἔτι πλείω τοῦ δέ γε κόλακας αὐτοῦ, Χαρῖνον τὸν νέον, καὶ Δάμωνα, καὶ τοὺς ἄλλους κατάπασον ἑφεξῆς ἅπαντας. Ἑρμ. ἄτοπον ἂν δόξειε τὸ τοιοῦτον. Πλυ. μανῆν, ἀλλὰ δικαιότατον. τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες, εὔχονται ἀποθανεῖν ἐκεῖνον; ἢ τῷ χρημάτων ἕνεκα ποιοῦνται, ἐόντες οὐδὲν προσήκοντες. ὁ δὲ πάντων δεινοτάτων, ὅτι καὶ τοιαῦτα εὐχόμενοι, ὅμως θεραπεύουσιν ἔν γε τῷ φανερῷ. καὶ νοσοῦντος, ἃ μὲν βουλεύονται, πᾶσι πρόδηλα, θύειν δὲ ὅμως ὑπισχνοῦνται, εἰ ἐρρώσῃ. καὶ ὅλως, ποικίλη τις ἡ κολακεία

ἀθάνατος, οἱ δὲ, παραπέμπουσιν αὐτῷ μάτην ἐπιχαίρουσι. ΜΕΡ. γελοῖα πάσχουσι, πανοῦργοι ὄντες. πολλὰ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβιβαζει αὐτοὺς, καὶ ἐπιλαθέσθαι καὶ ὅλως, ἀεὶ δοκοῦντι ἔοικεν, ἔρχεται πολὺ μᾶλλον ἢ νέων. οἱ δὲ, ἤδη τὸν κλῆρον ἐν σφίσι διηρημένοι, βόσκουσι, ζῶσιν μακαρίαν πρὸς ἑαυτοὺς τιθέντες. ΠΛΟ. ἐκεῖνος ὁ μὲν ἀπεδυσάμενος τὸ γῆρας ὥστε τὴν Ἴολεως ἀνηβήσεται. οἱδ' ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων τὸν ἐνεγκόμενον πλοῦτον ἀπολλύντες, ἀπέστασαν ἤδη κακῶς ἀπολλύμενοι. ΕΡΜ. ἀμέλει τοῦτον ὦ Πλούτων. μετπλείσομαι γάρ σοι ἤδη αὐτοὺς καθ' ἕνα ἑξῆς. ἐπὶ δὲ ὀμαι εἶσι. ΠΛΟ. κατάστα. ὁ δὲ παραπέμψῃ ἕκαστον, αὐτὸ γέροντας αὖθις φαθῆναι νεανίσκος.

tio illorum hominum est. Quamobrem ipse quidē immortalis sit, illi autem præ ipso abeant, frustra hi antes. MER. Ridicula patientur, scelerati cum sint. Sed tamen & ille admodum scite circumducit illos, & spe pascit inani, & in summa, semper moriturro similis, multo validius magis est, quam quisquā iuuenis. Illi autem hæreditate inter se diuisa, pascuntur, vitam quandam beatam secum ipsi animo præcipientes. PLV Proinde ipse exuta senectute, quemadmodum Iolaus ille, in iuuenem redeat. Illi autē, in ipsa media spe, diuitijs illis, quasi per somnum, spectatis, destituti abeant iam huc, mali male mortui. MER. Ainas res cura, Pluto, iam enim accersam tibi illos, alium super alium ordine, septē autem, opinor, sunt. PL. Deducas licet. Ille autem mittat singulos per se, ex sene iterum in adolescentem conuersus.

Τερψίων καὶ Πλούτωνος.

Terpsionis & Plutonis.

Τῦ-

Iu-

Iustum ne hoc est ô Pluto, me quidem è vita abijsse, triginta cum sim annorum, Thucritū vero senem septuagenarium, & vltra, adhuc viuere? PLV. iustissimum quidem ô Terpsi. Nam etsi ipse viuit, certe ad nullius tamem mortem affectus est, tu vero omni tempore illius hæreditatem expectans, eum mori auidissime cupiebas. TER. Nonne opus fuerat, qui senex sit, neque atque de cętero suis vti diuitijs, locum dare iuuenib. PLV. Nouas ô Terpsio statuis leges, quum ad voluptatem diuitijs vti nequeat, ipsum è vita decedere. Aliter autem & Parca & natura statuisse videtur. TER. Proinde hanc ob huiuscemodi accuso ordinem, decebat enim has res successione graduque fieri, senem primo, deinde qui in ea ætate sequeretur mori. Haudquaquam autem exerceri, aut viuere qui senectute decrepitus esset, qui tres duntaxat dentes habeat, cui vix deseruiunt oculi, qui curna-

Τῦτο ὦ Πλοῦτον δίκαιον, ἐμὲ μὲ τεθνάναι τριάκοντα ἔτη γεγοῦτα, ἢ ὃ ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη γεγονὸτα Θέκριτον ζῆν ἔτι; Πλ. δικαιότατον μὲν ὦν ὦ Τέρψιον, εἰ γε ὁ μὲν ζῆ, μηδένα σὺ χρόνον ἀποθανεῖν τῶ φίλων· σὺ δὲ παρὰ πάντα ἢ χρόνον ἐπεβάλλες αὐτοῦ τὴν κληρονομίαν ἢ χλῆρον. Τερ. ὁ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρήσασθαι τοῦ πλούτου αὐτὸν δυναμένῳ, ἀπελθεῖν ἢ βίον, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις; Πλ. καινὰ ὦ Τέρψιον νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τοῦ πλούτου χρήσασθαι δυνάμενον, πρὸς ἀδυνατῶν ἀποθνήσκειν. τὸ δ', ἄλλως ἡ μοῖρα καὶ ἡ φύσις διέταξεν. Τερ. ἐκεῖνο ταύτῃ αἰτιῶμαι τῆς διαλάξεως. ἐχρῆν δὲ τὸ πρᾶγμα ἐξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον, κατόπτερον, καὶ μετὰ τοῦτον, ὅστις ἐν τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτό. ἀπαρέφιστος δ' μηδαμῶς, μηδὲ ἔχοντα μὲ ἢ ὑπέρογκον, ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέτοις

πως τετρᾶσιν ὀπτεκυφότα, κορύζης μὴν τῷ ῥῖνα, λήμης δ τοῦ ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον ὑπὸ τῆς νέων καταγελώμενον, ἀποθνήσκειν δὲ καλλίστους, καὶ ἐξεωμφιεσάτους νεανίσκους. ἄπω γὰρ ποταμῶν τινὸς ἢ τὸ πλουτᾶον εἰδέναι ἐλεῖν, πόσοι καὶ τεθνήξεται τῆς γεροντῶν ἕκαστος, ἵνα μὴ μάτιω αὐ ἑνὶς ἐθεράπευον. νῦν δ τὸ τῆς παροιμίας, Η ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει. Πλ. ταῦτα μὴν ὦ Τέρψιον πολὺ σωφρονέστερα γίνεται, ἤπερ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δὲ τί παθόντες, ἀλλοτρίοις ὀλιγαρχεῖτε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῆς γεροντῶν εἰσποιεῖτε, φέροντες αὐτοὺς; τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνετε, πρὸς ἐκείνων κατορυττόμενοι. καὶ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεται. ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀποθανεῖν εὐχεθε, τοσοῦτο ἄπα-

uatus à quatuor famulis deducitur, deguttantes nares, lipposque oculos habens, nihil denique voluptatis degustans, haud aliter existens, quam animarum quoddam sepulchrum, ab ipsa iuuentute derisum. Et contra mori optimos atque robustissimos adolescentes. Nam hoc perinde esse videtur, ac si flumina sursum deferantur. Aut saltem scire necesse foret, quando & senum quilibet obiturus esset, ne quos, prout eis mos est, fallerent. Nunc vero illud accidit, quod prouerbio dici solet, Quadriga bouem sæpissime ducit. PLV. Hæc quidem ô Terpsio, prudentius fiunt, quam tibi profecto videntur. Verum & vos quid passi estis? quod rebus alienis gaudetis, & senibus filijs orbatis, vosmet tantopere in adoptionē traditis, quam obrem in derisum adducti, ab illis sepelimini, quod quidem plurimis fit periucundum. Nam quanto vos magis mori illos peroptatis, tanto

plus omnibus quam gratissimum est, si ante eos vos mori contingat. Etenim nouam quandam artem in mediũ adducitis, aniculas atque decrepitos cum amatis, præsertim quidem si liberis sint orbati, qui vero liberos habent, illorum vobis non est cura. Atqui ex ijs qui amantur plurimi, minime vestri ignari astus, etiãsi ipsis liberos esse contingat, illos odisse dissimulant, vt & ipsi habeant amatores. Inde ijs in testamento exclusis, qui munera diutissime obtulerunt, liberi, sicuti profecto dignum est, omnem eorum substantiam consequuntur, at illi tristicia affecti, suaque spe delusi, dentibus fremunt. TER. Omnia hæc vera sunt, q̃ de me & Thucrito autumas. Quantum enim meorum ille deuorauit, quum semper eum mori putarem? Ac quoties ad eum ingrediebar, gemendo, & internum quiddã, perinde atque ex ouo pullus aliquis immaturus stridendo ægritudinem si-

ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτῶν. καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε, γραῶν καὶ γερόντων ἐρῶντες. καὶ μάλιστα, εἰ ἄτεκνοι εἶεν. οἱ δὲ ἔντεκνοι, ὑμῖν ἀνέραστοι. καί τοι, πολλοὶ ἤδη τῶν ἐρωμένων συνέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν τοῦ ἔρωτος, ἢν καὶ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτοὺς πλάττονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσιν. εἶτα ἐν ταῖς διαθήκαις, ἀπεκλείσθησαν μὲν οἱ πάλαι δορυφορήσαντες. ὁ δὲ, παῖς, καὶ ἡ φύσις, ὥσπερ ἔστι δίκαιον, κρατοῦσι πάντων. οἱ δὲ, ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας, ἀποσμυγέντες. Τερψι. ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐμοῦ γοῦν Θούκριτος πόσα κατέφαγεν, ἀεὶ τεθνήξεσθαι δοκῶν; καὶ ὁπότε ἐσίοιμι, ὑποστένων, καὶ μύχιόν τι καθάπερ ἐξ ᾠοῦ νεοττὸς ἀτελὴς ὑποκρώζων, ὥστ' ἔγωγε ὅσον αὐτίκα οἰόμε-

ὑέμενος ὀλιγόσειν αὐτὸν τῆς σορεῦ, ἔτιμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με ἐν αὐτέρασι τῇ μεγαλοδωρείᾳ. καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων, ἄγρυπνος ἐπείμιν ἀριθμῶν ἕκαστα, καὶ διατάττων. ταῦτα γοῦν μοι καὶ τοῦ ὑποθανεῖν αὐτὰ γεγένηται, ἀγρυπνία, καὶ φροντίδες. ὁ δὲ τοιοῦτόν μοι δέλεαρ παταγιὼν, ἐφεστήκει θαυμάζων παρόλιγον ὀλιγελῶν. Πλό. εὖγε ὦ Θέκριτε, ζῶνς ὀλιμόνιστον, πλότων ἅμα, καὶ ἀφ' τοιούτων καταγελῶν. μὴ δὲ πρότερόν γε σὺ ὑποθάνοις, ἢ προπέμψῃς πάντας τοὺς κόλακας. Τερ. τοῦτο μὲν ὦ πλότων καὶ ἐμοὶ ἥδιστον ἂν ἦν, εἰ καὶ Χαριάδης προτιθνήξεται Θυκρίτου. Πλό. θάρρει ὦ Τέρψιον. καὶ Φείδων γὰρ, καὶ Μέλανθος, καὶ ὅλως ἅπαντες, προτελεύσονται αὐτοῦ ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν. Τερ. ἐπαινῶ ταῦτα. ζῶνς ὀλιμόνιστον ὦ Θύκριτε.

simulabat. Vnde quantò citius eũ ad sepulchrum duci existimabam, tanto plus illi donorum mittebam, vt ne ij, qui amore concurrebant, munerib. me præclaris vincerent. Plerunque etiam præ nimia sollicitudine insomnis iacebam, singula enumerans, ac vnumquodq; disponens. Eaque etiam causa interitus mihi fuit, cura & vigiliæ. Ille autem deglutito hoc illectamento meo tanto, adstitit mihi, quando sepeliebar paulo ante, irridens. PLV. Euge ô Thucrite, diutissime viuas, vna & diuitijs abundans, & huiuscemodi homines deridens, neque prius moriaris, quam hos blanditores cunctos præmittas. TER. Hoc quidem ô Pluto periucundum mihi foret, si ante Thucritum Chariades vita decederet. PLV. Boni animi sis ô Ter. & Phido etiam, & Melanthus, & omnes penitus ipsum præcedent, suis ipsorum curis confecti. TE. Hæc ego summopere laudo, ô Tucrite diutissime viuas.

Zenophantæ & Callidemidæ.

At tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam ipse quemadmodum Diniæ parasitus cum essem, immodica ingurgitatione præfocatus fuerim, nosti, aderas enim morienti. CAL. Aderam Zenophantes. Porro mihi nouum quiddam atque inopinatum accidit. Nam tibi quoq; notus est Ptœodorus ille senex. ZEN. Orbum illum dicis, ac diuitem, apud quem te assidue versari conspiciebam? CAL. Illum semper captabam, colebamque, id mihi pollicens fore, vt meo bono quamprimum moreretur. Verũ quum ea res in longum ꝓferretur, sene videlicet, vel vltra Tithonios annos viuente, compendiariam quandam excogitaui viam, qua ad hæreditatem peruenirem. Siquidem empto veneno, pocillatori persuaseram, vt simul atque Ptœodorus potum posceret, bibebat autem prolixius, præsentius in cali-

Ζηνοφάντου καὶ Καλλιδημίδου.

Σὺ ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπόθανες, ἐγὼ μὲν γὰρ, ὅτι παράσιτος ὢν Δονίου, πλέον τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶσθα. παρῆς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι. Καλ. παρῆν ὦ Ζηνόφαντες. τὸ δὲ ἐμὸν, παράδοξον τί ἐγένετο. οἶσθα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. Ζη. τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἤδειν συνόντα; Καλ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοῖ κληρονόμῳ τεθνήξεσθαι, ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μήκιστον ἐπεγίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ἐπιτομόν τινα ὁδὸν ἐπὶ τὴν κλῆρον ἐξεῦρον. πριάμενος γὰρ φάρμακον, ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνει δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα

λικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ. εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. Ζη. τί τοῦν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας. Καλ. ἐπεὶ τοίνυν λουσάμενοι ἥκομεν, δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων τὴν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ τὴν ἔχουσαν τὸ φάρμακον, τὴν δ' ἑτέραν ἐμοὶ, σφαλεὶς οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδωκεν. εἶτα ὁ μὲν ἔπινεν. ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος αὐτ' ἐκείνου νεκρός. τί τοῦτο γελᾷς ὦ Ζηνόφαντες; καὶ μὴν οὐκ ἔδειγε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ἐπιγελᾶν. Ζη. ἀστεῖα γὰρ ὦ Καλλιδημίδη πέπονθας. ὁ γέρων δὲ, τί πρὸς ταῦτα; Καλ. πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον. εἶτα συνεὶς οἶμαι τὸ γεγενημένον, ἐγέλα καὶ αὐτὸς, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται. Ζη. πλὴν ἀλλ' οὐδὲ σὲ τὴν

calicem inijceret, haberetque in promptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iureiurando confirmabam, me illum manumissurum. Ze. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddã narraturus mihi videris. C. Vbi iam loti venissemus, puer duobus paratis poculis, altero Ptœodoro cui venenum erat additum, altero mihi nescio quomodo errans, mihi venenum, Ptœodoro porrexit innoxium. Mox ille quidem bibit, at ego protinus humi porrectim stratus sum, supposititiũ videlicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophanta? Atqui non conuenit amici malis illudere. Ze. Rideo profecto, nam eleganter ac lepide tibi hæc res euenit. Porro senex ille, quid interim? Cal. Primum ad casum subitum atque inexpectatum sane conturbatus est. Deinde simul atque intellexit, id quod acciderat, puta pocillatoris errore factum, risit & ipse. Ze. Recte sane. Tametsi non

 opor-

oportuit ad compendium illud diuertere, siquidem venisset tibi populari, vulgataque via, tutius certiusque, etiamsi paulo serius.

ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι· ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν.

Cnemonis & Damnippi.

Κνήμονος καὶ Δαμνίππου.

Hoc illud est quod vulgo dici consueuit, Hinulus leonē. D A. Quid isthuc est, quod tecum stomachare Cnemon? C N. Quid stomacher rogas? Equidem hæredem reliqui quendam præter animi sententiam, videlicet astu delus' miser, ijs quos maxime mea cupiebam habere, præteritis. D A. Sed isthuc quinam euenit? C N E. Hermolaum nobilem illum diuitem, cum orbus esset, imminente morte captabā, assidens atq; inseruiens. Neque ille grauatim officiū meum admittebat. At interim illud quoq; mihi visum est scitum, consultumque, vt testamentum proferrem ac publicarē, quo illum rerum mearum in solidum hæredem insti tue-

Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, Ονεβρὸς τὸν λέοντα. Δάμ. τί ἀγανακτεῖς ὦ Κνῆμον; Κνη. πυνθάνῃ ὅ, τι ἀγανακτῶ; κληρονόμον ἀκούσιος καταλέλοιπα, κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα σχεῖν τὰ μὰ, παραλιπών. Δα. πῶς τοῦτ' ἐγένετο; Κνη. Ερμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα, ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ. κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος

νος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. Δά. τί οὖν δὴ ἐκεῖνος; Κνη. ὅ, τι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις, οὐκ οἶδα. ἐγὼ γοῦν ἄφνω ἀπέθανον, τοῦ τέγους μοι ἐπιπεσόντος, καὶ νῦν Ερμόλαος ἔχει τἀμὰ, ὥσπερ τις λάβραξ καὶ τὸ ἄγκυστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας. Δάμ. οὐ μόνον. ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα. ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. Κνή. ἔοικα, οἰμώζω τοιγαροῦν.

tueram, nimirum vt ille vicissim idem faceret meo prouocatus exemplo. D. Ac quid tandem ille? Cne. Quid ille suo in testamento scripserit id quidem ignoro. Cæterum ego repente atq; insperato è vita decessi, tecti ruina oppressus. Et nunc Hermolaus mea possidet, lupi cuiuspiam in morem ipso hamo cũ esca pariter auulso. Da. Imo non escam modo cum hamo, quin etiam te quoq; piscatorem simul abstulit. Itaq; technam istam, in tuum ipsius caput struxeras. Cne. Sic apparet, idque adeo deploro.

Σιμύλου καὶ Πολυστράτου.

Simyli & Polistrati.

Ηκεις ποτὲ ὦ Πολύστρατε καὶ σὺ παρ' ἡμᾶς, ἔτη οἶμαι οὐ πολὺ ἐπὶ δέοντα τῶν ἑκατὸν βεβιωκώς. Πολυ. ὀκτὼ ἐπὶ τοῖς ἐνενήκοντα ὦ Σίμυλε. Σι. πῶς δὲ τὰ μετ' ἐμὲ ταῦτ' ἐβίως τριάκοντα; ἐγὼ γὰρ ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντά σου ὄντος, ἀπέθανον. Πο-

Venisti tandem & tu Polystrate ad nos, quum annos vixeris haud multo pauciores centum opinor. Poly. Nonaginta octo Simyle. Sim. Sed quinam triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras superstes? Nam ipse perij te ferme septuagenario. Poly. Quam

ſuauiſſime profecto, etiamſi hoc mirum tibi videbitur. SIM. Mirum vero, ſiquidem tibi primum ſeni, deinde inualido, poſtremo etiam orbo quicquam poterat eſſe in vita ſuaue? POLY. Principio nihil erat quod non poſſem, præterea pueri formoſi cõplures aderãt, tum mulieres nitidiſſimæ, vnguenta, vinum mire fragrans, poſtremo menſæ vel Siculis illis lautiores. SIM. Noua narras, nam ego te plane ſordidum ac parciſſimum eſſe ſciebam. PO. Atqui vir præclare ex alienis arcis opes mihi ſubſcatebant. Tum diluculo protinus quam plurimi mortales ad fores meas ventitabãt, ſimulque ex omni rerum genere, quæ terrarum vbiuis pulcherrimæ reperiuntur, munera deportabantur. SIM. Num me defuncto regnum geſſiſti? P. Minime, verum amantes habebam innumeros. SIM. Non poſſum non ridere tu ne amantes? tantus natu cum eſſes, vixq; tibi dentes ſupereſſent qua-

ὑπερήδισα, εἰ καὶ σοι παρέδοξον τοῦτο δόξει. Σι. παρέδοξον. εἰ γέρων τε, καὶ ἀδυνὴς, ἄτεκνός τε ὑπῆρχε, ἥδεσθαι τοῖς ἐν τῷ βίῳ ἐδυνάτο. Πολυ. τὸ μὲν πρῶτον, ἅπαντα ἐδυνάμην. ἔτι καὶ παῖδες ὡραῖοι ἦσαν πολλοὶ, καὶ γυναῖκες ἀβρόταται, καὶ μύρα, καὶ οἶνος εὐθυμίαν, καὶ τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ. Σι. καινὰ ταῦτα. ἐγὼ γὰρ σε πάνυ φειδόμενον ἐπιστάμην. Πολυ. ἀλλ' ὑπέρρει μοι ὦ γενναῖε πᾶς' ἄλλων τἀγαθά. καὶ ἔωθεν μὲν εὐθὺς ὀπὴ θύρας ἐφοίτων μάλα πολλοί. μετὰ δὲ, παντοῖά μοι δῶρα προσήγετο, ἃ πανταχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Σι. ἐτυράννησας ὦ Πολύκρατε μετ' ἐμὲ; Πολυ. οὐκ. ἀλλ' ἐρασὰς εἶχον μυρίους. Σι. ἐγέλασα. ἐρασὰς σὺ τηλικοῦτος ὤν, ὀδόντας τέπρας ἔχων

ἔχων; Πολυ. νὴ Δία τοῦ ἀρίστου γε, τῆς ἐν τῇ πόλει. καὶ γέροντά με, καὶ φαλακρὸν ὡς ὁρᾷς ὄντα, καὶ λυμῶντα περιστέρι, καὶ κορυζῶντα, ἀπεῤῥύθμου διεκπαίοντες. καὶ μακάριος ἦν αὐτῆς, ὅν τινα ἂν καὶ μόνον περιβλέψαι. Σιμ. μῶν καὶ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τοῦ Αφροδίτου ἐκ Χίου διεκόρθμευσας, ἵνα σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νέον εἶναι, καὶ καλὸν ἐξ ἀπαρχῆς, καὶ ἀξιέρασον; Πολυ. οὐκ, ἀλλὰ τοιοῦτος ὤν, περιπόθητος ἦν. Σιμ. αἰνίγματα λέγεις. Πολυ. καὶ μὴν προδηλός γε ὁ ἔρως οὗτος πολὺς ὤν, ὃ τοὺς ἀτέκνους καὶ πλουσίους γέροντας. Σιμ. νῦν μανθάνω σε τὸ κάλλος ὦ θαυμάσιε, ὅτι παρὰ τῆς χρυσῆς Αφροδίτης ἦν. Πολυ. ἀτὰρ ὦ Σίμυλε, οὐκ ὀλίγα τῆς ἐρασῶν ἀπολέλαυκα, μονο-

quatuor? Pol. Habebam per Iouem equidem optimates ciuitatis, cumque essem tum senex tum caluus, sicuti vides, præterea lippiens etiam ac senio cæcutiens, postremo naribus muccosis, tamen cupidissime mihi inseruiebant, adeo vt is felix videretur, quemcunq; vel aspexissem modo. Sim. Num tu quoq; quemadmodum Phaon ille, Venerem aliquam è Chio transuexisti? vt ob id optanti tibi illa dederit rursum ad iuuentam redire, ac denuo formosum atq; amabilem fieri. Pol. Haudquaquam, quin magis quum talis essem qualem dixi, tamen supra modum adamabar. Sim. Aenigmata narras. Po. Atqui notissimus est hic amor, cum vulgo sit frequens, nempe erga senes orbos diuites. Sim. Nunc tua forma vnde tibi profecta fuerit intelligo vir egregie, nimirum ab aurea illa Venere. Pol. Veruntamen non parum multas commoditates ab amantibus tuli, Simyle,

propemodum etiam adoratus ab illis. Porro sæpius etiam quasi procax illis illudebam, excludens interdum nonnullos eorũ, interim illi inter sese decertabant, & in ambiendis primis apud me partibus, alium alius anteire nitebatur. SI. Sed age de facultatibus tuis quid tandem statueras? POL. Palam quidem affirmabam, me vnumquenq; illorum relicturum hæredem, idq; illi cum crederent futurum, certatim se quisque obsequentiorem atque adulantiorem præbebat. Cæterum alteras illas veras tabulas, quas apud me seruaueram, reliqui, in quib. omnes illos plorare iussi. SIM. At postremo illæ tabulæ quem pronuntiabant hæredem? num è cognatis quempiam? POL. Non per Iouem, imo nouitium quendam ex formosis illis adolescentulis, natione Phrygem. SIM. Quot annos natum Polystrate? POL. Viginti ferme. SIM. Iam intelligo, quibus obsequijs ille te demeruerit.

μονονουχὶ προσκυνούμενος ὑπ' αὐτῶν. καὶ ἐθρυπτόμην δὲ πολλάκις, καὶ ἀπόκλειον αὐτῶν τινὰς ἐνίοτε. οἱ δὲ ἠμιλλῶντο, καὶ ἀλλήλους ὑπερεβάλλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φιλοτιμίᾳ. Σι. τέλος δ' οὖν, πῶς ἐβουλεύσω περὶ τῶν κτημάτων; Πολυ. ἐς τὸ φανερὸν μὲν ἕκαστον αὐτῶν κληρονόμον ἀπολιπεῖν ἔφασκον. ὁ δ' ἐπίστευέ τε, καὶ κολακευτικώτερον παρεσκεύαζεν ἑαυτόν. ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἐκείνας ἔχων, κατέλιπον, οἰμώζειν ἅπασι φράσας. Σι. τίνα δ' αἱ τελευταῖαι τὸν κληρονόμον ἔσχον; ἦ που τινὰ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους; Πολυ. οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ νεώτητόν τινα τῶν μειρακίων τῶν ὡραίων φρύγα. Σι. ἀμφὶ πόσα ἔτη ὦ Πολύστρατε; Πολυ. σχεδὸν ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. Σι. ἤδη μανθάνω, ἃ τινά σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο.

Πολ.

Πολὺ πλείω ἀλλὰ πολὺ ἐκείνων ἀξιώτερος κληρονομεῖν, εἰ καὶ βάρβαρος εἶμι, καὶ ὀλέθρος. ὃν δὴ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄριστοι θεραπεύουσιν, ἐκεῖνος τοίνυν ἐκληρονόμησέ μου. καὶ νῦν ἐν τοῖς εὐγενεστάτοις ἀριθμεῖται, κατεξευρυθμίσας μὲν τὸ ἠθικὸν, καὶ βαρβαρίζων. Κόδρου δὲ εὐγενέστερος, καὶ Νιρέως καλλίων, καὶ Ὀδυσσέως σοφωτάτερος λεγόμενος εἶναι. Σι. οὐ μοι μέλει, καὶ φρουρησάτω τῆς Ἑλλάδος, εἰ δοκεῖ, ἐκεῖνος δὲ, μὴ κληρονομήσαν μόνον.

Χάρων καὶ Ἑρμοῦ.

Ἀκούσατε ὡς ἔχει ἡμῖν τὰ πράγματα. μικρὸν καὶ ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον, καὶ ὑποσαθρὸν ὄν, καὶ διαῤῥεῖ τὰ πολλὰ, καὶ λίαν πεπῆγὸν δάτερα, οἰχήσεται ἢ τριτεπάνω. ὑμῶν

rit. Pol. Attamen multo illis dignior qui scribe retur hæres, etiamsi Barbarus erat ac perditus, quem iam ipsi etiam optimates colunt captantq; Is igitur mihi extitit hæres, iamq; inter patricios numeratur, subraso mento, barbaroque cultu ac lingua, quin eum Codro generosiorem, Nireo formosiorem, Vlysse prudentiorem esse prædicant. Sim. Non laboro, vt totius Græciæ sit imperator, si libet, modo ne illi potiantur hæreditate.

Charon, Mercurius, Mortui, Menippus, Charmoleus, Lampichus, Damasias, Philosophus, Rhetor.

Audite quo loco sint res nostræ. Equidem parua est nobis, quemadmodum videtis, & cariosa nauicula, & quæ vndique perfluit, quod si in alteram partem se inclinarit, plane submersa peribit, atque vestrum tam multi simul confluunt,

unt, & singuli plurimas sarcinas afferunt. Quod si cum his nauiculam consconderitis, veror ne postea vos facti pœniteat, maxime vero eos, qui nandi sunt imperiti. M. Quid igitur faciendum erit, vt sine periculo nauigemus? CHAR. Ego vobis dicam, nudos vos ingredi oportet, atque ista omnia quæ superflua sunt, in littore relinquere. Nam sic etiam vix capiet vos nauicula. Tibi vero Mercuri deinceps curæ erit, neminem ex illis recipere, nisi nudus sit, & supellectilem abiecerit. Itaque ad ipsas scalas te statuas, ipsosque cognoscito, & suscipito, nudosq; ingredi cogito. MERC. Recte dicis, atque sic faciemus. Quis est ille primus? MENI. Ego Menippus sum. Ecce autem peram & baculum in paludem abieci, verum recte feci, qui pallium non acceperim. M. Ingredere ô Menippe vir optime, primũque apud gubernatorem nauis, locum accipe, in ipsa summitate, quo omnes pos-

ὑμεῖς δὲ, τοσοῦτοι ἅμα ἥκετε, πολλὰ ἐπιφερόμενοι ἕκαστος. ἢν οὖν μὴ τούτων ἐμβῆτε, δέδια μὴ ὕστερον μετανοήσετε, καὶ μάλιστα ὁπόσοι νεῖν οὐκ ἐπίστασθαι. Νε. πῶς οὖν ποιήσαντες, εὐπλοήσομεν; Χά. ἐγὼ ὑμῖν φράσω. γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ, τὰ περιττὰ ταῦτα πάντα ἐπὶ τῆς ἠιόνος καταλιπόντας. μόγις γὰρ ἂν καὶ οὕτω δέξαιτο ὑμᾶς τὸ πορθμεῖον. σοὶ δὲ ὦ Ἑρμῆ, μελήσει τὸ ἀπὸ τούτου μηδένα παραδέχεσθαι αὐτῶν, ὃς ἂν μὴ ψιλὸς ᾖ, καὶ τὰ ἔπιπλα ὥσπερ ἔφην ἀποβαλών. παρὰ δὲ τὴν ἀποβάθραν ἑστὼς, διαγίνωσκε αὐτοὺς, καὶ ἀναλάμβανε, γυμνοὺς ἐπιβαίνειν ἀναγκάζων. Ερ. εὖ λέγεις. καὶ οὕτω ποιήσωμεν. οὗτος σί τις ὁ πρῶτός ἐστι; Μέ. Μένιππος ἔγωγε. ἀλλ' ἰδοὺ ἡ πῆρά μοι ὦ Ἑρμῆ. καὶ τὸ βάκτρον, ἐς τὴν λίμνην ἀπορρίφθη. τὸν τρίβωνα δὲ οὐδ' ἐκόμησα, εὖ ποιῶν. Ερ. ἔμβαινε ὦ Μένιππε ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὴν προεδρίαν ἔχε παρὰ τὴν κυβερνή-

ζεφύτιλω ἐφ' ὑψηλοῦ, ὡς ὅπαντες ἴδωσι. ἄπαντας. ὁ καλὸς δ' ἔτος, τίς ἐστι; Χα. Χαρμόλεως ὁ μεγαρικὸς, ἐπέρατος, ἓ τὶ φίλημα δι' τάλαντον ἰῶ. Ερ. ὑπόδυθι τοιγαρῶν τὸ κάλλος, καὶ τὰ χείλη αὐτοῖς φιλήμασι, καὶ τὴν κόμην τὴν βαθεῖαν, καὶ τὸ ἐπὶ πᾶν πεφυκὸς ἐρύθημα, καὶ τὰ δέρματα ὅλον ἔχει καλῶς. εὖζωνος εἶ, ἐπίβαινε ἤδη. ὁ δὲ πορφυρίδα ἐστὶ καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν τυγχάνεις; Λά. Λάμπιχος, Γελοῶν τύραννος. Ερ. τί ἓν ὦ Λάμπιχε τοσαῦτα ἔχων πάρει. Λά. τί ἓν ἐχρῆν ὦ Ερμῆ, γυμνὸν ἥκειν τύραννον ἄνδρα; Ερ. τύραννον μὲν ἐδαμῶς, νεκρὸν δὲ μάλα. ὥστε ἀπόθου ταῦτα. Λάμ. ἰδοὺ σοι ὁ πλοῦτος ἀπέρριπται. Ερ. καὶ τὸ φορτίον ἀπόρριψον ὦ Λάμπιχε, καὶ τὴν ὑπερηφανίαν, βαρεῖσι γὰρ τὸ πορθμεῖον. σωρεύεται δὲ τὰ. Λά. οὐκοῦν ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν, καὶ τὴν ἰφιφρίδα. Ερ. ἐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄφες

possis intueri. Verũ quis ille formosus est? CHA. Charmoleus sum Megarensis ille amator, cui osculum vnum duobus talentis constitit. M. Exũe igitur istam pulchritudinem, & labia vna cum osculis, istam etiam densam comam, & genarum ruborem, adeoq; totam cutem. Bene se res habet. expeditus es, ingredere nunc. Quis verò ille est purpuratus & diademate præcinctus, grauitatem quandam præ se ferens? Quis es tu? LAM. Lampichus sum Geloorum tyrannus. MER. Quid igitur cum tot sarcinis venisti? LAM. Anne nudum aduentare conueniebat tyrannum? M. Nequaquam tyrannum, sed mortuum, itaq; depone ista. LAM. Ecce abieci diuitias. MER. Sed superbiam ô Lampiche & fastum etiam abijce, nam ista si in nauiculam coincidant, vehementer grauabunt eã. LAM. Igitur sine vt diadema habeam saltem & stragulum. MER. Nequaquam, imo & hæc relinquito.

LAM.

L A. Sit ita. Quid præterea vis? Nam omnia, vt vides, abieci. M E. Crudelitatem etiam, & amentiam, & violentiã, & iracundiam, atque his similia depone. L A M P. Ecce nudus sum. M E R C V R. Ingredere nunc. Tu vero pinguis admodum & carnosus quis es? D A. Damasias ego sum athléta. M E R C V R. Certe videris ille esse, scio enim te sæpe in palæstris à me visum. D A. Ita est ô Mercuri, verum accipe me, nudum existenté. M E R. Nequaquam ô bone vir, nudus es tanta carne circundatus, itaq; exue eam. Nam si vel alterum tantum pedem in nauem posueris, submerges eam. Sed & coronas istas & præconia abijcito. D A. En plane nudus sum, vt vides, & simili cum alijs mortua statura. M E R. Sic præstat leuem esse, itaque inscende iam. Et tu ô Crato diuitias abijce, præterea molliciem & delicias, neque feras tecum Epitaphia, neque maiorum tuorum dignitates.

ἄφες. Λά. εἶεν. τί ἔτι, πάντα γὰρ ἀφῆκα ὡς ὁρᾷς. Ερ. καὶ τὴν ὠμότητα, καὶ τὴν ἄνοιαν, καὶ τὴν ὕβριν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ ταῦτα ἄφες. Λάμ. ἰδέ σοι, ψιλός εἰμι. Ερ. ἔμβαινε ἤδη. σὺ δὲ ὁ παχὺς, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ; Δα. Δαμασίας ἀθλητή. Ερ. ναὶ ἔοικας. οἶδα γάρ σε πολλάκις ἐν ταῖς παλαίσταις ἰδών. Δα. ναὶ ὦ Ερμῆ. ἀλλὰ παράδεξαί με γυμνὸν ὄντα. Ερ. οὐ γυμνὸν ὦ βέλτιστε, τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον, ὥστε ἀπόδυθι αὐτὰς. ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος, τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς, μόνον. ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους τούτους ἀπόῤῥιψον, καὶ τὰ κηρύγματα. Δα. ἰδέ σοι γυμνὸς ὡς ὁρᾷς ἀληθῶς εἰμι, καὶ ἰσοστάσιος τοῖς ἄλλοις νεκροῖς. Ερ. οὕτως ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι ὥστε ἔμβαινε. καὶ σὺ δὲ τὸ πλοῦτον ἀποθέμενος ὦ Κράτων, καὶ τὴν μαλακίαν δὲ προσέτι, καὶ τὴν τρυφὴν, μὴ δὲ τὰ ἐντάφια κόμιζε, μὴ δὲ τὰ

τὰ τῆς προγόνων ἀξιώματα. κατάλιπε καὶ γένος, καὶ δόξαν, καὶ πόλεσι καὶ πολίταις ἀπεκδέχεται, εὐεργέτιν δηλονότι. καὶ τὰς τῆς ἀδικούσας δίκας φάσι, μηδὲ ὅτι μέγαν τάφον δὴ σοὶ ἔχουσαν λέγεβαρυνόμενοι γὰρ καὶ ταῦτα μνημονευόμενα. Κρ. οὐχ ἑκὼν μέν, ἀπορεῖται δέ τι γὰρ ἂν καὶ πάθοιμι; Ερ. βαβαί, σὺ δ' ὁ ἄνοπλος. τί βούλει; ἢ τί τὸ τρόπαιον τοῦτο φέρεις; Σερα. ὅτι ἐρίκησα ὦ Ερμῆ, καὶ ἀρέτουσα, καὶ ἡ πόλις ἐτίμησέ με. Ερ. ἄφες ἐν γῇ τὸ τρόπαιον. ἐν ᾅδου γὰρ ἐρήνη, καὶ ἀδὴν ὅπλων δίψει. ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος ἄνθρωπε τῷ σχήματος, καὶ βεβαρυνόμενος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς ὅλῃ τῆς φροντίδων, τίς ἐστιν, ὁ τὸν βαθὺν πώγωνα καθειμένος; Μέ. φιλόσοφός τις ὦ Ερμῆ. μᾶλλον δὲ γόης, καὶ τερατείας μεστός. ὥστε ἀπόδυσον καὶ τοῦτον. ὄψει γὰρ πολλὰ καὶ γελοῖα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ κρυπτόμενα. Ερ. κατάθου σὺ τὸ σχῆμα πρῶτον.

tates. Relinque etiam genus, & gloriam, item ciuitatū de quibus scilicet bene meritus es, publica præconia, statuarum inscriptiones, & dicas, ne tibi magnum sepulchrum costruant, nam & hæc grauant, si in memoriam reuocentur. CRA. Inuitus certe, sed tamen abijciam, quid faciā? MER. Papæ, Quid tibi vis armatus? aut quid istud trophæum tecum circumfers? CRA. Quia vici Mercuri, & res præclaras gessi, propterea ciuitas hoc me honore affecit. MER. Relinq; trophæum in terra, apud inferos enim pax est, neque vllis armis opus est. Verū quis ille est, ipso habitu grauitatem quandam præ se ferens, elatus & contractis supercilijs, propter curas, longa barba, quis est ipse? MER. Philosophus quidam est ô Mercuri, imo præsligiorum & nugarum plenus. Itaque & hunc exue, videbis enim multa eaq; ridiculta, sed palliolo occula esse. MER. Depone tu hūc habitum pri-

primum, deinde hæc quoque omnia. O Iupiter, quantam ille arrogantiã, quantam inscitiam, & quantum contentionum & inanis gloriæ, quantum quæstionum dubiarum, quantum spinosarum disputationum, & cogitationum perplexarum, circumfert? imo quam multo vanos labores, & deliramenta non pauca, quantas item nugas, & quantam curiositatem. Sed per Iouem aurum etiam hoc, & voluptatem, & impudentiam, iracundiam, delitias & mollitiem secum habet, neque enim latent me ista, etiamsi studiose celas. Verum abijce mendacia etiam & superbiã, & opinionem illam, qua existimas te præstantiorem esse omnibus reliquis. Nam si cum rebus omnibus ingrediaris, quæ quinqueremis te acciperet? PHIL. Depono igitur ea, quandoquidem sic iubes. ME. Sed & barbam hanc deponat. Merc. grauem equidem & hirsutam vt vides, capilli sunt trium minarum ad mi-

τον. εἶτα καὶ ταυτὶ πάντα, ὦ Ζεῦ, ὅσην μὲν τὴν ἀλαζονίαν κομίζει, ὅσην δὲ ἀμαθίαν, καὶ ἔριν, καὶ κενοδοξίαν, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους; ἀλλὰ καὶ ματαιοπονίαν μάλα πολλὴν, καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον, καὶ ὕθλους, καὶ μικρολογίαν. νὴ Δία καὶ χρυσίον γε τουτὶ, καὶ ἡδὴ πάθειαν δὲ, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν. οὐ λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα περικρύπτεις αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸν τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνω εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων ἐμβαίνοις, ποία πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε; Φιλ. ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπείπερ οὕτω κελεύεις. Μέ. ἀλλὰ καὶ τὸν πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω ὦ Ἑρμῆ, βαρύν τε ὄντα, καὶ λάσιον ὡς ἑρᾷς. πέντε μνῶν τρίχες εἰσὶ τοῦ λάχι-

λέγεται. Ερ. εὖ λέγεις. ἀπόθου καὶ τοῦτον. Φιλ. ἢ τὸν ἀποκόψεται ἄρα; Ερ. Μένιππος οὗτος, λαβὼν σίδηρον τῆς ναυπηγικῆς, ἀποκόψει αὐτὸν ἀποκόψας τῷ πριόνι τῷ πλατείᾳ χρησάμενος. Μέ. εὖ γε ὦ Ερμῆ, ἀλλὰ σφόδρα μοι φαίνεται γελοιότερον ἢ τοῦτο. Ερμ. ἀφίεμεν ἱκανῶς. Μέ. οὐχὶ. αὐθεντικώτερον ἢ νῦν ἀπαφήσας, ἀποθέμενος αὐτοῦ τὸν κιτάλλαν. βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῆς ὀφρύος; Ερμ. μάλιστα. ἀπὸ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας ἐπῆρεν, οὐ οἶδ' ὅ τῳ αὐτείων ἑαυτόν. τί τοῦτο; ἢ δακρύεις ὦ κάθαρμα, καὶ παρὰ δάκτυλον ἀπολλύῃς; ἔμβηθι δ' ἔν. Μέ. ἐν ὅτι τὸ βαρύτατον ἀπὸ μάλης ἔχει. Ερ. τί δ' Μένιππε; Μέ. κολακίαν ὦ Ερμῆ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμεύσασαν αὐτῷ. Φιλ. ἀκῶν καὶ σὺ ὦ Μένιππε, ἀπόθου τὴν ἐλευθερίαν, ἢ παῤῥησίαν, καὶ τὸ ἄλυπον, ἢ τὸ ἡδύπαθον, ἢ τὸν

minus. Mer. Bene dicis. Depone & illam. Ph. Sed quis abradet? Mer. Menippus ille securim accipiens, quibus naues fabricantur, eam resecabit, vtetur autem scalis nauali bus, quibus super posita barba resecetur. Menip. Nequaquam Mercuri, sed da mihi seruam, hoc enim erit magis ridiculum. Mer. Sufficit bipennis. Mer. Euge, Humanior nunc apparet, deposito hircino fatore; vis ne vt parum etiam de supercilijs auferã? Mercur. Maxime: Nam has super frontem etiam attollit, neque scio quo seipsum extendat. Quid hoc rei est? Etiam ploras scelestè? & mortem times? ingredere igitur. Men. Vnum quiddam adhuc grauissimum gestat sub alis. Mer. Quid Menippe? Men. Adulationem, Mercuri, quæ illi dum viueret multum profuit. Phi. Igitur & tu Menippe, tuam abijce libertatem, & loquendi audaciam, lætitiam, animi magnitudinem, & ri-

